



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad  
Annum 1749

**Luxemburgi, 1753**

LXVIII. Asseritur identitas Corporis Sancti Joannis de Matha, quod Matrini  
colitur, occasione donationis antiqui Sarcophagi, ubi illud Romæ  
asservabatur. 3. Februarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74761)

Cancellaria de Jure quæfito non tollendo, e qua-  
liffimo altre Cofituzioni, & Ordinationi Apo-  
ftoliche Noftre, e de Noftri Predeceffori, Leg-  
gi, Statuti, Riforme, Stili, Ufi, Confuetudi-  
ni, e qualunque altra cofa, che faceffe, o po-  
teffe fare in contrario; alle quali tutte, e fin-  
gole, avendone il tenore qui per efpreffo, e di  
parola in parola inferto, e regiftrato, e fupplen-  
do colle pienzezza della Noftra Poteflà Pontifi-  
cia ad ogni vizio, e difetto quantunque foftan-  
ciale, e formale, che vi poteffe intervenire, per  
quefta volta foia, e per la piena, e total efecu-  
zione di quanto fi contiene nella prefente No-  
ftro Cedola di Moto proprio, ampiamente, ed  
efpreffamente deroghiamo. Dal noftro Palazzo  
Apoftolico di Monte Cavallo quefto di 28.  
Ottobre 1748.

Data li 28.  
Ottob. 1748.

**BENEDICTUS PP. XIV.**

Ut igitur Noftro hujusmodi mandata atque  
præcepta, ad Civium finni & poffidentium in-  
demnitatem, & commodum, & ad Urbis uti-  
litatem, & decus condita atque ftatuta, quæ  
etiam duobus Edictis, aliis diebus 22. Aprilis  
Anni Domini 1671. & 6. Maji Anni 1679.,  
recol. nem. Prædecefforibus Noftis Clemente  
PP. X., & Innocentio PP. XI. refpective affen-  
tientibus, & jubentibus, ab ipfo Viarum Tribu-  
nali emanatis, & publicatis, in pluribus, &  
fubftantialibus confentanea, & conformia compe-  
rimus & recognovimus, perpetuis futuris tem-  
poribus debitam executionem, & inviolabilem  
firmitatem obtineant; eadem Apoftolicis hifce  
Noftis Litteris inferata, atque earumdem tenore,  
ac fimili motu, fcientia, & poteflatis ple-  
nitudine iterum confirmata ac roborata, ab om-  
nibus, ad quos pertinet, feu pertinebit in pofterum,  
exactiffime obfervari, & impleri etiam per-  
petuo ftatimus atque decernimus. Mandantes  
præfato Dilecto Filio Noftro nunc exiftenti S.  
R. E. Cardinali Camerario ac Dilectis etiam Fi-  
liis Camera Noftre Apoftolicæ Clericis Præfi-  
dentibus, necnon Viarum Magiftris, cæterisque  
ejuſdem Camera, & Tribunalis Viarum Offi-  
cialibus, & Miniftris, itemque Dilecto Filio Au-  
ditori Noftro, ejuſque & prædictorum omnium  
Successoribus pro tempore futuris, ut omnia  
& fingula a Nobis in præinferta Scheda No-  
ftri Motus proprii difpofita atque ftatuta, tam  
ipſi, in quantum eorum refpectiva Officia, five  
de jure, five vigore fpecialis Mandati Noftri,  
concernunt, exacte obfervent, quam etiam ab  
aliis ſibi ſubjectis, ad quos pertinet, ac perti-  
nebit in pofterum, exactiffime impleri, & ob-  
fervari faciant, ſub penis ibi ftatutis atque con-  
tentis. Ac decernentes ipſam præinfertam Sche-  
dulam, necnon præfentes noſtras Litteras, qui-  
buſcumque Juris, ſeu Facti defectibus, qui ad-  
verfus illas opponi, ac deduci poſſent, minime  
refragantibus, omniaque, & ſingula in ipſis  
præſcripta atque decreta, ſemper & perpetuo  
firma, valida, & efficacia exiſtere & fore, ſuoſ-  
que plenarios, & integros effectus fortiri &  
obtinere, atque iis, quorum favorem reſpici-  
unt, pleniffime ſuffragari; ſicque, & non aliis  
per præmiſſos omnes & ſingulos, alioſque Judi-  
ces Ordinarios & Delegatos, etiam S. R. E.  
Cardinales, & Palatii Apoſtolici Auditores, ſub-  
lata ipſis aliter judicandi, & interpretandi  
facultate, judicari & definiri debere, ac irri-  
tum & inane, ſi ſecus ſuper iſdem a quoquam  
quavis Auctoritate ſcienter, vel ignoranter con-  
tigerit attentari.

Diſtum  
Chirogra-  
phum confir-  
mat.

Mandatum  
pro permiſſo-  
rum obſer-  
vantia.

Aliter judi-  
cari prohibe-  
tur.

Derogatio  
contrariis.

Sanctio pœ-  
nalis.

ginam Noſtra Confirmationis, Mandati, De-  
creti, & voluntatis infringere, vel ei auſu teme-  
rario contraire; ſi quis autem hoc attentare  
præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei,  
ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus  
ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVIII.  
Tertio Kalendas Januarii Pontific. Noſtri An-  
no IX.

D. Card. Paſſioneus,  
J. Datarius.

VISA DE CURIA.

I. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Aſſeritur Identitas Corporis Sancti Joannis de  
Matha, quod Matriri colitur, occasione do-  
nationis antiqui Sarcophagi, ubi illud Ro-  
mæ aſſervabatur.

LXVIII.

Dilecto Filio Michaëli a S. Joſepho Miniſtro Ge-  
nerali Fratrum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis  
Redemptionis Captivorum Excalciatorum nun-  
cupatorum.

**BENEDICTUS PAPA XIV.**

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Be-  
nedictionem.

**M**INIME dubitamus, quin memoria retineas  
quidquid a Nobis aliàs, dum Tu qui-  
dem Officium Procuratoris Generalis inclyti Or-  
dinis tui in hac Alma Urbe noſtra obires,  
Nos vero in minoribus conſtituti, Promotoris  
Fidei munus gereremus, præſtitum fuerit, ut de-  
bitus Sacris Exuviis S. Joannis de Matha ejuſ-  
dem tui Ordinis Fundatoris cultus reſtitueretur.  
Illius namque Corpus in arca marmorea, ſeu Sar-  
cophago in Eccleſia ſub invocatione S. Thomæ  
Apoſtoli in Formis dicta in Monte Cælio ejuſdem  
Almæ Urbis Noſtræ, quæ ad Dilectos Filios Ca-  
pitulum, & Canonicos Baſilicæ Principis Apoſ-  
tolorum S. Petri in Vaticano ſpectat; eſt ab  
initio conditum; tamen anno milleſimo ſexcen-  
teſimo quinquageſimo quinto, inde in Hiſpanias  
tranſlatum apud Nuntium hujus Apoſtolicæ Sedis  
in Hiſpaniis tunc temporis comorantem de-  
poſitum fuit: quod deinde anno MDCLXXXVI. cl.  
mem. Marcellus Cardinalis Duratius apud Hiſ-  
paniarum Regem Catholicum Apoſtolicus itidem  
Nuntius Miniſtro Generali, & Diſſinitorio lauda-  
ti Ordinis ea tradidit conditione, ut ſub Altari  
Cappellæ in Cella Venerabilis Fratris Thomæ  
de Virgine Matriri erectæ collocaretur. Mota  
autem in congregatione Venerabilium Fratrum  
Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus  
præpoſitorum tam anno MDCLXIX., quam anno  
MDCCXV. controverſia quoad Identitatem Oſium  
Corporis S. Joannis de Matha, quæ Romæ pri-  
mum, poſtmodum Matriri aſſervari aſſerebatur,  
ipſa Congregatio reſpondit, *Non conflare de  
Identitate*; iterum juſſu ſel. rec. Clementis PP.  
XI. Prædeceſſoris noſtri poſtulato ſuper ipſa  
Identitate apud eandem Congregationem Car-  
dinalium edito, factum fuit, ut Nobis, dum par-  
tes Promotoris Fidei ageremus, per graviffima  
rationum momenta in quarto Libro Operum no-  
ſtrorum de Canonizatione Sanctorum part. 2. cap.  
25. num. 8. typis impreſſa, adnitentibus, plena  
reſolutio, poſtquam laudatus Clemens XI. Præ-  
deceſſor Noſter viam univerſæ carnis ingreſſus  
fuiffet, die XIX. menſis Martii, prodiret die VI.

Dat. Pont.  
A. IX. die 30.  
Decem. 1748.

Pont. alias  
de cultu S.  
Joannis de  
Matha ſolli-  
citus fuit.

Olim Cor-  
pus dicti San-  
cti Romæ ſer-  
vabatur.

Deinde in  
Hiſpanias  
tranſlatum  
Matriri repo-  
ſitum fuit.

De contro-  
verſia orta in  
Sac. Rituum  
Congrega-  
tione ſuper  
identitate  
Corporis S.  
Joannis de  
Matha.

Ex Senten-  
tia Summi  
Pontificis,  
tunc Prom.  
Fidei, prodijt  
reſolutio af-  
firmativa.

Al. m. Innocentio XIII. confirmata.

Deinde Pont. egit cum Capitulo Vaticano pro confensu, ne dictum Corpus Romam denuo transferretur.

Laudes Ordinis SS. Trinitatis, & in illum Pont. benevolentia.

Ob quam Pont. veterem urnam, in qua Cor-

menfis Septembris anno MDCCXXI. *Constat nimirum de Identitate.* Eapropter hujusce resolutionis decretum rec. mem. Innocentius PP. XIII. itidem Prædecessor noster approbavit.

Quoniam autem eodem tempore, & Promotoris Fidei, & Secretarii Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum muneribus fungentes, Canonicatu etiam in eadem Basilica Vaticana fruebamur, ita cum Canonicis Collegis Nostris egimus, ut benigne Nostris votis assentientes, ipsos Fratres sæpediti Ordinis tui ab omni penitus liberarent onere, & obligatione, Ossa S. Joannis ex Hispaniis, ubi custodiebantur, Romam, unde translata fuerant, iterum remittendi. Nec minorem sane adhibuimus operam, ut consensus hujusmodi a Capitulo Vaticano præstitus ab eadem Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die septima mensis Februarii anno MDCCXXII. Nobis Secretarii ministerium sustinentibus cum clausula de Apostolico benedictio impetrando, approbaretur.

Porro ad Supremum Sacrosancti Apostolatus Apicem quamvis immerentes per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam evecti, ubi opportuna sese dedit occasio, quemadmodum rebus ipsis expertus es, nullam passi sumus elabi opportunitatem, quam arripientes, Ordinem, cui tanta cum nominis tui, & regularis disciplinæ laude Minister Generalis modo præes, de Catholica Religione & æterna Christifidelium salute benemereri pergentem, præclaris Apostolicæ Nostræ benignitatis, auctoritatisque argumentis non cumulaverimus. Verum ut Tibi, Dilecte Fili, tuisque Religiosis Alumnis magis magisque pateat, quanta Vos paternam caritate complectamur, quantaque veneratione S. Joannem de Matha Fundatorem dicti Ordinis prosequamur; memores, quod in memorata Ecclesia Sancti Thomæ in Formis, post Altare Majus, in parvo Sacratio, adhuc

vacua reperiretur Urna Marmorea, five Sarcophagum, ubi Ossa ejusdem Sancti Joannis de Matha tumulata diu jacuerant, una cum insculpta epigraphe hoc indicante, illam seu illud Nobis a Capitulo & Canonicis antedictæ Basilicæ Vaticanæ dono dari postulavimus: Nec alia certe ratione, quam ut Nos quidem illud monumentum pari donationis titulo Tibi elargiremur, Tu vero in Hispanias transmittendum, & tuis Religiosis Alumnis Matrili commorantibus tradendum curares, hi demum ea, qua decet, veneratione inibi custoditum tenerent. Æquum enim Nobis visum est, ut ubi Ossa S. Joannis in præsentia requiescunt, ibi & pristinum eorumdem Sacrorum Ossium Sarcophagum cum inscriptione, in perenne veritatis argumentum constitueretur.

Cæterum fufius per hæc Nostras in forma Brevis literas non tam Te, quippe qui omnium hac in re gestorum conscius es atque participes, quam modernos, ac futuros Ordinis tui Religiosos Alumnos monitos volumus, ut non solum quidquid hætenus actum gestumque fuerit, futuris temporibus perspectum, verum Apostolica etiam auctoritate per easdem Nostras literas, tamquam authentica documenta, confirmatum haberent. Interim ad Te, tuosque Fratres potissimum pertinet, ut tam pretioso munere gaudentes, assiduis Nos apud Deum vestrarum obsecrationum suffragiis commendetis, dum Nos celestis præsidii auspiciem, & studiose nostræ ad Vobis, quoad integrum est, gratificandam voluntatem pignus esse cupimus Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, Dilecte Fili, iisdemque Religiosis Alumnis tuis peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die tertia Februarii MDCCXLIX. Pontificatus Nostræ Anno Nono.

Cajetanus Amatus.

